



## Universitätsbibliothek Paderborn

**B. Alberti Doctoris Magni ex Ordine Prædicatorum  
Episcopi Ratisponensis De Adhærendo Deo Libellvs**

**Johannes <de Castello>  
Albertus <Magnus>**

**Antverpiae, 1621**

Cap. LVI. Reuelatio de gloria venerabilis Alberti & beati Thomæ eius  
quondam discipuli.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44148**

igitur consolata, auscultabat quæ ipse erat prædicaturus. Et inchoans ille ait: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, usque ad plenum gratiæ & veritatis.* Statimque subiunxit: *Et hoc oculis meis ego video. sicutque dispergit.*

## CAPVT LVI.

*Reuelatio de gloria Venerabilis Alberti & beati Thome eius quondam discipuli.*

**E**st etiam Libellus quidam continens reuelationes & visiones factas cuidam sanctæ virginis, nomine Machtildis de Helpede, Ordinis Cisterciensis, quæ ab infantia suam virginitatem Domino consecraverat, tam immunis à peccatis, sicut duo Confessores eius testati sunt, ut tantam innocentiam se numquam reperisse dicerent. quæ se etiam tam vilem ob humilitatis virtutem reputabat, quod ea quæ per reuelationem à Domino Iesu acceperat, aliis enarrare non tentasset, nisi coacta à suis fuisset; quemadmodum Frater Henricus

cus de Hallis, Teutonicus, Doctor de-  
uotus & gratus, Ordinis Fratrum  
Prædicatorum, qui scribit Librum  
eumdem, affirmat dicens, non hunc Li-  
brum præsumptuosa audacia compila-  
tum, sed sui Prælati consilio & præce-  
pto. hic verò Liber ex reuelatione Sal-  
uatoris, *Liber spiritualis gratiæ* voca-  
tur, habens hunc Prologum: *Benignitas*  
& *humanitas* *Saluatoris nostri Dei*, &c.  
incipit autem sic: *Fuit Virgo quædam*  
*ab infantia à Deo in benedictionibus præ-*  
*uentata, &c.* In quo Libro inter alia & de  
venerabili Alberto, atque de sancto  
Thoma de Aquino, qui in illius Virgi-  
nis tempore paulò antè obierant, hoc  
quod subiungo continetur, eidem Vir-  
gini reuelatum diuinitus. Ait autem  
istius Libri Auctor, in hunc modum  
prosequens sermonem: *Venerabilis me-*  
*memoria Domini Alberti & Fratris Thome*  
*de Ordine Prædicatorum animas vidit hac*  
*Virgo velut duos prænobiles Principes,*  
*hoc modo cælestia penetrasse. Ecce thro-*  
*num, cui infederat Rex cæli, conspicit, duas*  
*que venerandas personas accedentes ad*  
*Regem; in vestibus autem eorum, verba*  
*anreis litteris conscripta habebantur, quæ*  
*singula*

singula splendorem mirificum de se diffuderunt, atque excellentem emiserunt odo-  
ris suauitatem. Vnumquemque vero An-  
geli duo mirificis cum candelis praibant  
usque ad sedentem in solio maiestatis. Vir-  
gini deinde per spiritum reuelatur, has  
quas viderat personas, Albertum & Tho-  
mam esse; qui tamquam diuina cognitione  
in terris illustrati, necnon igne spiritualis  
amoris quo flagrabant incensi, aptissime per  
Angelos duos cum luminaribus qui præ-  
bant, sunt designati; eò quod non parum  
de Cherubim atque Seraphim donis habe-  
rent. Inscripta autem verba aureis litte-  
ris splendorem ex se radiantia, doctrina  
illorum est, quam de Christi diuinitate at-  
que humanitate scribendo docuerunt: un-  
de iam ipsorum animæ mira iucunditatè  
lætantur, ac si odore suauissimo sint re-  
creatae; similesque effecti sunt Sanctis om-  
nibus ob meritorum copiam, eò quod om-  
nium illorum conuersationem, in virtuti-  
bus ac doctrina imitari studuerunt in hac  
corruptibili vita. hæc ex præfato Libro.

CA-